Urbs felix agni coniux ostensa Iohanni [1].
Secretum regni [a]) dat cernere pace perenni.

Gratia pax facta sunt in cruce lege subacta,
filius ut matri famulatur et integritati.
Sorte sub hac mortis [b]) premit [c]) hunc plebs dira cohortis.
Per crucis hoc signum premis hostem, Christe, malignum.

In cruce pendendo que non merui mala prendo.
Sero [d]) obedit amat curat fovet intime clamat.
Virgo virgeum decus amplexatur in evum.
Vita redit, mors victa perit, deus agnus obedit.

Hic patris est agnus [2]), deus unus cum patre magnus.

---

[a] *Von der Texthand korr. aus* regnum. [b]) m *von der Texthand übergeschrieben.* [c]) *Von der Texthand korr. aus* prebuit. [d]) Serum *T.*

[1]) *Vgl. Apoc. 21, 9:* ... locutus est mecum ...: Veni et ostendam tibi sponsam (*sc.* civitatem Jerusalem novam, *vgl. ebd. 21, 2, 10*), uxorem agni.
[2]) *Vgl. Joh. 1, 29.*